§ 32			III. Qui constituit, ut, qui tunc a symoniacis essent promoti, ministerio suo permitterentur uti. Deinceps autem, quicumque ab eis ordinarentur, nichil tali promotione lucrarentur. Hunc etiam papam Petrus Damiani pie memorie Ostiensis episcopus ad corrigendam iuxta canones clericorum incontinentiam provocavit.
§ 33	**ĪLVIIII. Hoc anno magna mortalitas hominum**[y] **et pestis pecudum facta est.**	**MLVIIII. Hoc anno magna mortalitas hominum et pestis pecorum facta est.**	MLVIIII. Hoc anno magna mortalitas hominum facta est.
§ 34	**Orto inter Mediolanenses et Ticinenses bello multi ex utraque parte ceciderunt.**	**Orto inter Mediolanenses et Ticinenses bello multi ex utraque parte ceciderunt.**	Seditio inter Mediolanenses et Ticinenses facta est et ibi plures bello ceciderunt.
§ 35	**Ruodolfus** de Rinveldin, **Alamannorum dux, Mahthildam, Heinrici regis sororem**, accepit **uxorem**.	**Rodolphus Alemannorum dux Mathildam, Henrici regis sororem**, duxit **uxorem.**	Ruodolfus dux Mahthildam, regis sororem, duxit uxorem.
§ 36	**Fuldis Ebirhardus abbas decessit. Cui Sigefridus successit.**	**Fuldis Eberhardus abbas decessit, cui Sigefridus successit.**	Fuldis Eberhardus abbas decessit, et Sigifridus successit.

y) homminim *A*.